Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. VI. Ad cap. 5.X. de Consuet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

Visual Library

vatum in Alexandriâ & ipsâ Ægypto, ut & Hiſpaniâ.

ſervatum eſt in Alexandrinâ & aliis totius Ægypti Eccleſiis. Ambroſius *in Epiſt. ad Epheſios: Apud Ægyptum*, inquit, *Presbyteri conſignant, ſi Epiſcopus non eſt.* Apud Hiſpanos eundem eſſe uſum ſuggerit Martinus Bracarenſis *can. 52.*

CAP. VI.

Ad cap. 5. X. de Conſuet.

SUMMARIA.

1. Cenoman.
2. Bellonius. Ejus libri obſervationum.
3. Hypotheſis capituli.
4. Monachi S. Petri de culturâ.
5. Interdicto durante non pulſantur campanæ.

Cenoman.

EXſtat hoc cap. *in c. 4. eod. tit. Collectione 3.* ad Decanum & Capitulum Cenomanenſe. Cenomani Plinio & Ptolomæo Galliæ Lugdunenſis Populi. Cenomanum, hodie, *Le Mans* Urbs Epiſcopalis ad Sartam amnem, ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Fuit patria P. Bellonii, Medici, qui anno 1546. regnante Franciſco I. Gallias, peregrinationem per Græciam, Aſiam, Ægyptum, Judæam, Arabiam aliasque provincias orientales ſuſceperat & memorabilia per iter obſervata tribus libris obſervationum conſignavit. Hæc Eccleſia civitatem interdicto innodaverat, ob exceſſum, ut ex integrâ decretali videre eſt, ſecularis poteſtatis. Nimirum comprehenderat quidam Helias de Flechiâ Epiſcopum Cenomanenſem & in carcere vinctum retinuit, propter hanc cauſam Capitulum Cenomanenſe civitatem interdicto ſubjecit. Ordericus Vitalis *lib. 8. hiſt. Eccleſ. ad ann. 1090.* Inde orta lis inter Decanum & capitulum Cenomanenſe, & Monachos S. Petri de culturâ, ordinis Benedictini, in ſuburbio Cenomanenſi, de quo in *c. Venerabili. Infr. de Cenſib.* quod Monachi non ſervarent interdictum generale, ab Epiſcopo Cenomanenſi emiſſum, pulſatis campanis & apertis januis. Re perlatâ ad Pontificem, Procurator monaſterii S. Petri tuebatur ſe coram eo, oppoſitâ duplici exceptione, quarum alterâ erat conſuetudo monaſterii, etiam in generali edicto pulſandi campanas & aperiendi januas.

Bellonius. Ejus libri obſervationum.

Hypotheſis capituli.

Monachi S. Petri de culturâ.

Interdicto durante non pulſantur campanæ.

CAP.